

294 Icon. Iconomachi. Iconoclastæ. Idæa. Idiotæ. Idol.

* Icon. Icons.

Aptius hic Locus tractabitur, ubi de Imaginibus differemus.
Dicitur *icona* ab *ēna*, quod significat id, quod ad imitandum & simile reddendum, factum est, ut sit quoque *Imago*, quasi imitatio.

Iconomachi. Iconoclastæ.

Quare infra Titul. de Imagine. Imaginum violatores, extubatores, &c.

* Idæa.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Idæa dicitur *ānōs ēidōs*, quod est species & forma. Et est quod forma exemplaris, qua res sunt & cognoscuntur, que in mente artificis, secund. *B. Thom. i. parte. q. 1. 5.* Hinc idolum cum accentu in penultima, cuius diminutivum est *idolum*, similiter cum accentu in penultima, & *idolatria*, *de quibus infra* *idolothysia*, hoc est, *immolatio*, quæ fit simulachris, *sed* vero dicitur proprius, à quo idotes sive idiotæ, dicitur *idiotæ* & *inutilis*, quasi tantummodo & nulli alii vtilis. *Lucius. Quidni. tu, idem illiteratum me aque idiorum dicere.*

Quod ad naturam, definitionemque Idæa spectat, varia fuerunt de eadem sententia. Et legere est apud *Euseb. Cesar. en. lib. cont. Philosoph. c. 44. Alcinous l. b. de D. et. Platonic. c. 9. & Plutarchum lib. de placitis. cap. 3.* Quibus omisiss ea definitio circumfertur, quam ex *D. Augustino lib. 1. de Civit. cap. 2. 5. tradit. S. Thomas q. art. lib. de veritate, est quæ talis.*

Idæa est forma, quam aliquid imitatur, ex intentione agentis, determinantis sibi finem. Vnde Idæa non sunt quæ fortuitæ representantur, tñ neque forma egentium naturalium, cum hic vna alterius propriè exemplar non dicatur. Quin *S. Thomas* supra moneret, nec ipsam diuinam essentiam quæ essentia est, sed quæ intellecta, Idæa habere rationem.

Est enim Idæa propriè conceptus, idque non formalis, sed obiectiuus. Non enim v.g. artifex in operando intueretur suum conceptum formalem, neque Beati in celo, iuxta quodam, intuentes diuinam naturam formant verbum, sufficit enim ad eorum operationem, ut rem obiectam exprimant, atque haec videtur communior sententia. *Plato & Alcinous*, quorum ille inter Philosophos maxime celebravit Idæas; ita de Idæis sentent, & *Plato* quidem ait:

Idæa boni est id, quod veritatem exhibet his quæ cognoscuntur, & ei qui cognoscit vitâ tribuit, & causa est sc̄ientia & veritas, ut quæ per intelligentiâ cognoscitur. *Plat. de Rep. dial. 6.*

Idæas nec habemus, nec apud nos sunt, nec ipsarum cognitionem habemus. *Plat. in Parme.*

Idæa omnes tanquam species quædam intellectuales sunt atque diuinæ, nec malorum causæ sunt. *Plat. de Repub. dial. 6.*

Alcinous vero. Idæa sunt viuens salutem & perfectiarum substantiarum, & eorum quæ conferunt ad naturalem harum substantiarum dispositionem, ut hominis, & eius quod hominem perficere potest, ut sapientia, & virtutis. *In cap. in Alec. dial. 2.*

Idæam non esse artificiorum, nec eorum quæ præter naturam sunt, nec particularium, nec eorum quæ sunt imperficiata, & discordia, & festuca, nec relatiuum, pluribus ex his qui *Platonem* fecuti sunt non placuit, sed esse voluerunt intellectiones Dei æternas, ac sc̄ipis perfectas. *Ale. cap. 9.*

* Idiotæ.

QUI DICENDI.

Idiota vox est Græca, ab *ēidōs*, id est proprius. Vnde Idiota ut placet Beda, is est, qui proprio tantum naturalique idiote, seu lingua & scientia contentus, nescit studia litterarum. Sic dicitur in *Actis Apost. c. 4.* Principes & Seniores Iudaorum existimasse Petrum & Ioannem esse Idiotas, & sine literis. Et *Cicer. act. 4. in Verrem*, & alibi, opponit Idiotam ingensio & intelligenti.

Apud Latinos crebrior est significatio Idiotæ, quam pro priuato, quique nullo minere fungitur. Quomodo Nonius & Symmachus Idiotas volunt esse illos, qui res suas curant, sibi non aliis viles, nihil patriæ impertinentes.

Quidam vir piissimus ante plura secula, contemplationes in lucem emitit, qui nomen Idiotæ asumpsit, ut proprium modis causa supprimerer.

S. Chrysostomus dicit, posse reperi illiteratum, & ramen qui non sit Idiotæ conuerso, ex quo colligas Idiotam

referri ad sermonem illiteratum ad scientiam. Synonyma tamen facit. *Idem in cap. 4. Actorum, ēuābō & dīdūtūr.*

* Idolum. Idololatria.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Idolum vox est Græca. *Ēidōlōs* ab *ēidōs* quod est forma, & dicitur omne, id quod quavis ratione, absque etiam studio rem verâ representandi, efformatur. Vnde erat Henricus Stephanus, & cum eo nouatores hæretici, qui imaginem quamvis quam cultu & honore dignamur, Idolum appellant. Idolum enim est imago rei falsæ. *Iacobo* dicit Paulus *1. Cor. 8.* Idolum nihil est, id est, non est id quod representatur, aut existimat. Atitudit ad Hebreum *ēnētēlli*, hac voce Idolum illi significant, quasi dicant esse rem vanam, inanem umbratilem, & Eustathius in *11. Odyss.* dicit Idolum accipi solere pro umbra spectro, omnique re qua quamvis appareat, nihil tamen sit.

Sic veterib. Græcis Idolum erat imago inanis & mendax, qualia sunt vana phantasmatâ, spectra, umbre mortuorum, de quibus *Virgil. Tenues sine corpore vita, &c. cana sub imagine formæ.*

Theodorus Studita doctissimus Greco, Leonem, Armenum Imper. Iconomachum libera hoc voce in concepsu Sacerdotum castigabat. Quisnam est qui te docuit imaginis atque Idoli vnam esse vocem? Hoc enim nec vllus Patrum sensit, neque res ipsa ferunt, ut dicatur. Idolum enim est & appellatur, quod dæmonis, aut alterius, quem Gentiles turpiter pro diis coluerunt, specimen representant, &c. Sic enim harum rerum peritis vsum fuit haec nomina distingue, qui Idolum falsam imitationem dixerunt, Imaginem vero expressam similitudinem. *Michael. in gesp. Theodori Studiti, & refert Joan. Lorin.* vir huius seculi eruditissimus in doct. suo *Comm. in Act. Apof. c. 17. vers. 16.* & quamvis apud Autores profanos non nunquam æquè latè patere videantur haec voces, Idolum & Icon, sive Imago, tamen S. Scripturæ, & Ecclesiastico vnu, Idolum semper in malam partem accipit. Ideoque *v. 1. Syndona. Act. 5. & 7.* edidit hunc ea de re anathematizatum, contra Conciliabulum Confantinopolit. Constantini Copromi opera coactum in Blachernis: Qui venerandas imagines Idola appellant, anathema sint. Vide *Tertull. lib. de Idolis c. 3. & 4. August. qu. 41. ex veter.*

Idololatria igitur est superstitione, qua diuinus exhibetur cultus ei, cui non debet exhiberi, ab *ēidōlōs & λατρείā*. Nam λατρείā colo dicitur. Vnde constat non necessario ad idololatriâ requiri imaginem aut simulacrum, cum extra ea exercitia fuerit. Testatur *Tertull. supra c. 3.* Idolum retro non erat, prius quam huius monstri artifices ebullissent, sola templo & vana ædes erant, tamen Idololatria agebatur, non in isto nomine, sed in isto opere. *Plut. in vita Numa* testatur, centum & *LXX.* annis ab V.C. templo absque idolis fuisse posse; absq; imagine committi Idololatria, docet *S. Thomas 2. 2. q. 9. 4. art. 1. ad 4.*

ANTIQUITAS ET ORIGO.

Idolorum originem Tertull. supra reicit in artifices statuorum & imaginum, quas mundo intulisse dæmonem scribit.

Idololatria autem penè cum mundo exortæ est, fuitque in filiis Adæ corumque familiis, ut placet Torniello, & alii: vt quibus Enos opposuit publicum Dei cultum, & velut visibilē Ecclesiam formâ instituit. Sunt tamen qui cum D. Thoma existiment, ob recentem memoriam creationis, ante Diluvium non fuisse Idololatriam, & confirmant ex illo *Sap. cap. 4. vbi dicuntur Idola non fuisse ab initio, neque fore in perpetuum.* Sunt qui sentiant ante diluvium quidem fuisse Idololatriam in malis Angelis, qui Luciferum suum tanquam similem Aliftissimo per Idololatriam coluerunt: non tamen in hominibus. Ita *Joan. Malderus* in eruditio suo *opere de Injustitia & Religione, trit. 10. cap. 7. dub. 3.* neque enim primi parentes dici possunt Idololatria, quamvis Euam tentatam à serpente plurimum Deorum nomine iniecto constet. Videatur *Epiph. lib. 1. cont. heresies circa initium* alij tamen hic aliter sentiunt.

Matrë & fonte Idololatriæ indicat *Scriptura*, suprà inanis glorias studiis quo homines coleret, & coli voluerunt defunctos, ita studiis quo homines coleret, & coli voluerunt defunctos, eleganter id explicat *Lact. Firmianus*, cuius verba subjiciuntur.

Cum constet Saturnum, Iouem, cæterosq; deos homines fuisse, non est obscurum, quæ ratione dij cœperint nominari. Si enim nulli reges ante Saturnū, vel Vranū fuerint propter hominum raritatē, qui a grex vita sine vlo rectore vivebant: non est dubium, dum illis temporibus homines, regem ipsum totamque gentem summis laudibus, ac nouis honoribus iactante cœperint, ut etiam Deos appellarent, sive ob miraculum virtutis